



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 153. Odium Helvetiorum in Domum Austriacam

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. in eo esse aiebat, ut bellum Norvegiæ
 A.C. 1454. Regno inferret: hisque remoris impedi-
 tum, quominus jam Cæsaris desiderio ob-
 secundaret. Si tamen in præfato Ger-
 manicæ Conventu aliqua ad Religionis
 bonum utilia concluderentur, spondit,
 non defuturum se ceterorum studiis, sal-
 vis tamen regni sui negotiis. Carolus
 quoque Suecorum Rex, quem Christier-
 nus altero post anno regno expulit, nu-
 merofo exercitu ex Gothis, & Suecis col-
 lecto totam fere Daniam inundavit, tan-
 tasque in angustias Christiernum redegit,
 ut auxilia Principum inferioris Germa-
 nicæ implorare cogeretur, a quibus tamen
 exiguum tulit opem.

§. CLIII.

*Odium Helvetiorum in Domum
 Austriacam.*

Fabr. hist.
Suev. l. 1.
Dec. 19. ante
su. His enarratis Æneas hunc in modum
 profequitur: Principes, civitatesque
 Germanicæ continuis inter se dissidiis col-
 liduntur; Helvetii etiam cum Ducibus
 Austriæ vetus, idque implacabile odium
 exercent, hujus populi aversio eo perve-
 nit, ut nequidem nomen Austriacorum
 amplius audire velint, omnesque, qui il-
 lis vel verbo vel opere favent, sine judi-
 cii forma e vestigio occidant. Imo quod
 adhuc plus est, non modo Ducum in-
 signia ex omnibus locis, ubi prius vise-
 ban-

bantur, sustulerunt, verum etiam cum Sæcul. XV. A.C. 1454.
 Austriæ Ducum insignia pavonis caudam referant, nullam ejusmodi volucrem in tota eorum regione tolerant, eumque, qui forte illius pennas in pileo gestat, mox indicta caussa jugulant. Hæc erant illa futuræ adversus Turcas expeditionis obstacula, quæ Æneas commemoravit, atque ex totius Europæ Principum statu, qui tunc temporis erat, hausit.

§. CLIV.

Porussi ad Regem Poloniæ deficientes.

Porussi jam aliquot annis querebantur Æn. Sylv. de jugo haud tolerando, quo ab E-Europ. c. 29. Krantz. 12.
 de jugo haud tolerando, quo ab E-quitibus Teutonicis premebantur sub Ludovico Herlihusio, qui jamjam ab anno quadringentesimo quinquagesimo supra millesimum supremo Magistratu potiebatur; Hoc autem anno Porussi adversus eos insurgent, atque sese Regis Poloniæ imperio subicere moliebantur. Nicolaus Pontifex seditionem hanc per Legatum suum edoctus, Porussos sub anathematis comminatione ad officium reducere studuit; sed ii Papæ mandata flocci habebant. Imperator quoque Equitum causam susceperat, ac Porussos imposita sex millium florenorum multa ad obsequium Teutonicorum Equitum redire jussit, qui eam Provinciam, ut inquiet-